

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1449

Autre(s) référence(s) : Fauroux 22

Auteur(s) : Robert II le Pieux, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Noyon (chapitre cathédral)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1017, 9 juin

Lieu d'émission : Compiègne

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II souscrit l'acte par lequel Robert le Pieux confirme la donation faite au chapitre de Noyon, par l'évêque de Noyon, Harduinus : à savoir l'église d'Hombleux avec six manses de terre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 22, p. 106-108.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 107.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis. Rotbertus divina propitiante clementia Francorum rex. Si sancte matris ecclesie utilitatibusque sepissime a reprobis filiis contumelia vexari conspicitur animum advertimus et servorum Dei petitionibus eam regiae celsitudinis tuemur juvamine id nobis et ad vitam presentem felicius transigendam et ad eternae beatitudinis premium capessendum profuturum confidimus. Noverit igitur omnium catholicae ecclesiae fidelium nostrorumque tam presentium quam futurorum industria quoniam Harduinus Noviomagensium ac Tornacensium presul nostram adiens excellentiam regis intimavit auribus velle se concedere canonicis Sancte Mariae Noviomagensis ecclesiae. VI. mansos de terra in Hunblaus cum ecclesia, diu a predecessoribus Odonis comitis et ab illo possessa, nunc vero Dei clementia predicto episcopo ab eo ut olim fuit reddita, quapropter obnixè oravit quatinus hoc donum animo dispositum ne ab aliquo depravari posset, sicut mos est Francorum regibus, nostro precepto confirmaremus. Cujus petitioni, quoniam visa est digna nec canonum auctoritati contraria, assensum prebentes, predictam ecclesiam cum terra nominata ab ipsis canonicis omnibus diebus fore tenendam per hoc preceptum regia confirmamus censura. Ut autem hoc nostrae dominationis preceptum per succedentia temporum curricula inconvulsum stabileque permaneat, manu propria id firmavimus et sigillo nostro insigniri fecimus. Actum Compendio, anno Incarnationis Domini nostri Jhesu Christi Mmo. VIo. Xmo, regnante Rotberto serenissimo rege anno .XXmo. VIImo, indictione. Vta. Xma.

Ipso anno benedictio juvenculi Hugonis filii ejusdem regis Rotberti apud Compendium facta est, in die sancto Pentecostes, presentibus Francie comitibus et episcopis cum eorum suffraganeis, ubi hec carta confirmata est.

(Dans un monogramme : Robertus.)

S. Arnulfi, Remorum archiepiscopi.

S. Hugonis, archiepiscopi Turonorum.

S. Fulberti episcopi. S. Tetrici episcopi.

S. Adalberonis episcopi. S. Leterici, Senonensium archiepiscopi.

S. Hugonis episcopi, abatis et comitis. S. Macharii episcopi. S. Frotmundi episcopi. S. Harduini episcopi. S.

Fulconis, Ambianensium episcopi. S. Balduini episcopi. S. Warini episcopi. S. Rodulfi episcopi. S. Willelmi

Pictavensis comitis. S. Odonis comitis. S. Fulconis comitis. S. Hugonis comitis. S. Otonis comitis. S. Walteri comitis. S. Richeri comitis.

Franco cancellarius regalis palatii subscripsit.